

## ***Comoedia filii prodigi* de Juan de Valencia**

Julio Alonso Asenjo  
Universitat de València

### I. Presentación

Desconocemos el título exacto de esta comedia, pues faltan las primeras hojas del código que la contenía, que, en 1970, se dio oficialmente por desaparecido de la Biblioteca Nacional, donde se custodiaba. También, porque, dada la fórmula de despedida que leemos, no se recoge en ella la referencia al título de la obra. Así que es solo aproximada la forma del título original que se ofrece en los catálogos y estudios, pudiéndose utilizar la que sirve de encabezamiento a este trabajo o el más afín a la tradicional sintaxis latina: *Comoedia prodigi filii*.

Para valorar esta obra, en primer lugar hay que situarla en su marco, que es el de la comedia humanístico-terenciana y, más en concreto, en el de aquellas obras de los maestros flamencos que tratan el tema de la parábola evangélica del Hijo pródigo (Luc.,15, 11-32), como son *Asotus* de Macropedio / (Macropedius), la primera de sus obras dramáticas, *Acolastus* de Gnafeo / Gnapheus o Gnaphaeus y *Samarites* de P. Papeus o Papeo y sus imitaciones en la península (Picón García, 1998; Molina Sánchez, 2002 y 2004). Asimismo, hay que relacionarla con las obras del teatro religioso, especialmente hispano que tratan del mismo tema, como la *Comedia Pródiga* de Luis de Miranda (Teijeiro Fuentes). También resulta útil el conocimiento de la panorámica sobre representaciones de este tema (Fradejas Lebrero; Picón, 1995; L. Kovács).

Sobre esta comedia y sobre su autor, Juan de Valencia (Loja, Granada, c. 1520-Málaga?, c.1585), han ido aportando datos varios estudiosos como Pascual de Gayangos y Enrique Vedia en la *Historia de la literatura española* de G. Ticknor (1851), datos que repite C. A. de la Barrera y Leirado en su *Catálogo* (1860) y J. García Soriano, *El teatro universitario y humanístico en España* (1945). Nuevos datos y enfoques van ofreciendo, particularmente, J. López de Toro (1971), F. J. Talavera Estesó (1993; 2001), V. Picón García (2002), M. Molina Sánchez (2002 y 2004) y J. Alonso Asenjo (1998; Base de datos de *TeatrEsco* 2006-07 y en su artículo en prensa "En torno a la *Nineusis, comoedia de divite epulone*, de Juan de Valencia".

Nuestro objetivo ahora no es estudiar el funcionamiento de la *Comoedia filii prodigi*, cuyas líneas generales ya presentaron los mencionados estudios: comedia bíblico-terenciana. Es bíblica por el tema: el de la conocida parábola del Hijo pródigo; terenciana o paliata, en general, en su texto, en prosa latina y estructura dramática articulada en cinco actos, divididos éstos en escenas al modo humanístico. Debió preceder un Prólogo al estilo plautino y, por exigencias del público, ante cada uno de los actos tenemos *praecentiones* o sumas de la acción dispuestas para el canto, como se dice de las de la *Nineusis*, la otra obra conocida del autor, en verso castellano. López de Toro, que presenta traducción de algunos fragmentos del texto, ofrece consideraciones sobre la acción (pp. 487-490).

Breve es la lista de personajes, aunque algo más amplia que la serie de personajes anónimos referidos en la parábola: padre, dos hermanos, un criado, un campesino (rústico). A éstos se añaden algunos más denominados al modo de los de la comedia paliata, como el adulator Lycus ('lobo'), y los de los criados Sosias y Dromo y, dotados de nombres parlantes, al menos los ofrecidos por el relato parabólico. Si se respeta la convención de la ausencia de la madre, se adapta la acción a precisa cronología (Picón, 1995, 78), enraizándola en la contemporaneidad del espectador con referencia a costumbres, como la relativa a las rondas nocturnas, a la recámara donde guarda sus caudales el padre, a las ferias, etc. Hay varias escenas de gran dramatismo, como las del encuentro de padre e hijo y entre hermanos, el análisis del carácter, sentimientos y conducta en los monólogos de Erasthio, padre 'amoroso', del joven Pandochius ('disoluto') y de Philoponus ('laborioso'), su hermano mayor. Y está deliciosamente delineado el personaje de la criada, Dora, auténtico 'regalo' para el amo y su familia, y espejo de cordura, diligencia y fidelidad.

Estamos ante un denso teatro de la palabra, escueto y muy severo, sin concesiones al cansancio del público, cuya prueba es la ausencia de elementos cómicos, que sabemos contenía la *Nineusis* (López de Toro: 487). La representación no exige otro aparato que los decorados mínimos usuales en el teatro religioso contemporáneo, que le hemos de suponer para su representación, quizá no mucho después de que el autor se hiciera cargo del Estudio de Gramática dependiente del Cabildo catedralicio de Málaga, hacia 1550. La estructura tan cercana a la comedia bíblico-terenciana, la ausencia de concesiones para el público y la insistencia en la eterna problemática familiar, así como el cierre, con ruptura del tópico de la cena a la que no se invita a los espectadores, por constituir la

comedia misma, parece sugerir un texto pensado en principio para uso escolar. Y, efectivamente, así se dice en la despedida o peroración, cuando, caído el telón, «*amoto ioco*», se solicita la benevolencia de un público entendido que ha recibido un manjar (la comedia) «*non qualem meremini, sed qualem agere ingeniola nostra potuerunt*». Pues creemos que «*ingeniola nostra*», junto a la modestia de autor por la limitada capacidad del ingenio demostrada en su acción («*agere*»), integraría la comprensible impericia de unos escolares aprendices de actores. Todo lo cual parece reclamar una representación ante el Cabildo, como patrono del Estudio de Gramática y aun la de representantes del Municipio malagueño, probablemente también copatrono (Talavera Estesos, 2001: 14-17), cuya presencia, así como la de otras personas notables, poco latinadas de la sociedad malagueña, exigió una presentación de la acción de cada acto en romance castellano. Esta circunstancia originaria de representación no era razón para impedir el paso a otras celebraciones ante públicos más amplios, como las tradicionales de los espectáculos del Corpus, que parecen haber sido responsabilidad del maestro o preceptor de Gramática, según se nos certifica incluso en el caso particular de Juan de Valencia para el año de 1562 (F. J. Talavera (1993: 1064; 2001: 19). La solemne declaración del Pródigo «*Nihil habeo quo me purgem praeter hanc simplicem mei flagitii confessionem, et animum verè sibi displicentem*» (IV,1) parece dirigida directamente a una catequesis en tal circunstancia sacramental.

Pero no es el objetivo de esta publicación el estudio de la *Comoedia filii prodigi*, sino promoverlo desde mejor base y mayor comodidad, a partir de la presentación del texto preservado de su desaparición por López de Toro, escrupulosamente respetado, reintegrado de alguna omisión y horro de erratas o errores, alguno de los cuales pudo ya contener el original (cod.).

Mantenemos las grafías que, debido a usos gráficos del autor (el manuscrito fuente era autógrafo) y de los contemporáneos, se apartan de la norma estándar para el latín, tenor que López de Toro preserva recalando a veces su autenticidad. Es lo que seguimos haciendo, aunque, en aras de los buscadores electrónicos, junto a las formas antiguas se añaden entre paréntesis las correctas o estándares de la actualidad. Antiguas y anómalas son las siguientes: *desipiat, honustus, his, avaritis, opportunnunum, dillapidet, precium, precis, sollicitat, occaluisse, aberrasse*.

Fuera de estos casos, corregimos los errores o erratas, dando la forma de la fuente en nota a pie de página, como sucede en el caso de cualquier otra intervención sobre el texto, sea para separar o unir palabras, sea para los pocos casos en que se ha corregido o

completado la puntuación del original, que en nuestro caso siempre es la transcripción de López de Toro y que preservamos en su integridad, aun cuando fácilmente pudiera mejorarse. Igualmente se respeta la separación o unión de palabras salvo en dos casos (*abste, non dum*), señalados en nota. Mantenemos incluso la forma abreviada (no siempre idéntica) del nombre de los interlocutores, si bien cada una de las interlocuciones se presenta en párrafo aparte y en mayúsculas. Finalmente, se resaltan con cursiva y negrita las articulaciones de las unidades de la obra (actos y escenas), así como las acotaciones de presencia de los personajes; sólo con cursiva los cierres de actos y el fin.

### Bibliografía citada

- ALONSO ASENJO, J., “Panorámica del teatro estudiantil del Renacimiento español”, en M. Chiabò- F. Doglio (eds.), *Spettacoli studenteschi nell’Europa Umanistica* (XXI Convegno Internazionale. Centro di Studi sul Teatro Medioevale e Rinascimentale. Anagni, 20-22 giugno 1997), Roma, Edizioni Torre d’Orfeo, 1998, 151-191; también en:  
[http://parnaseo.uv.es/Ars/teatresco/estudios/panoramica\\_teatro\\_escolar.htm](http://parnaseo.uv.es/Ars/teatresco/estudios/panoramica_teatro_escolar.htm).
- ALONSO ASENJO, J., *Catálogo del Antiguo Teatro Escolar Hispánico* (2006-2007), en: [http://parnaseo.uv.es/Ars/teatresco/BaseDatos/Bases\\_teatro\\_Escolar.htm](http://parnaseo.uv.es/Ars/teatresco/BaseDatos/Bases_teatro_Escolar.htm)
- ALONSO ASENJO, J., “En torno a la *Nineusis, comoedia de divite epulone* de Juan de Valencia” (en prensa).
- FRADEJAS LEBRERO, J., “La parábola del hijo pródigo en el teatro y en la literatura”, en F. Ramos Ortega, coord., *Actas del coloquio "Teoría y Realidad del teatro español del siglo XVI. La influencia italiana" (Roma, 16 a 19 de nov. de 1978), Anexos a Pliegos de Cordel*, II, Roma, Publicaciones del Instituto Español de Cultura y Literatura de Roma, 1981, 445-454.
- KOVÁCS, L., “Repentance rewarded: the Catalan plays on the parable of the Prodigal Son”, en *Triennial Colloquium of the Société Internationale pour le Théâtre Médiéval, 2 au 7 juillet*, Groninga, 2001:  
<http://burgundy.byu.edu/sitm/history/Groningen/kovacsaddpaper.htm>
- LÓPEZ DE TORO, J., “Juan de Valencia, escenificador latino de la Biblia”, en A. D. Kossoff y J. Amor y Vázquez (coord.), *Homenaje a William L. Fichter: estudios sobre el teatro antiguo hispánico*, Madrid, Castalia, 1971, pp. 479-503.
- MOLINA SÁNCHEZ, M., “De las adaptaciones en el teatro jesuita: a propósito de *Acolastus*, coloquio latino representado en Montilla (Córdoba), en 1581”, en J. M<sup>a</sup> Maestre Maestre, J. Pascual Barea, L. Charlo Brea (eds.), *Humanismo y Pervivencia del Mundo Clásico III. Homenaje al profesor Antonio Fontán*, Alcañiz-Madrid, Instituto de Estudios Humanísticos-Ed. Laberinto-C.S.I.C., 2002, vol. III, 1209-1223 (ed. electrónica, revisada, corregida y enriquecida con traducción en 2004, en: <http://parnaseo.uv.es/Ars/teatresco/textos/textos.htm>

- PAZ Y MELIA, A., *Catálogo de las piezas de teatro que se conservan en el Departamento de Manuscritos de la Biblioteca Nacional*, Madrid, Blass S. A., t. 1, 1934.
- PICÓN GARCÍA, V., "El tema del Hijo pródigo en la dramática del siglo XVI en España": *Voz y Letra*, VI /1 (1995), pp. 73-87.
- PICÓN GARCÍA, Vicente, "La comedia *Philautus* de Acevedo: sus deudas al 'Terencio cristiano' (*Acolastus* de Gnaphaeus y *Samarites* de Papeus)", en M. Pérez González (coord.), *Actas del Congreso Internacional sobre Humanismo y Renacimiento*, León, Universidad de León, 1998, I, 599-609.
- PICÓN GARCÍA, V., «Tradición clásica en la *Comedia prodigi filii* de Guillermo Barceló», en J. M<sup>a</sup> Maestre Maestre, J. Pascual Barea, L. Charlo Brea (eds.), *Humanismo y Pervivencia del Mundo Clásico III. Homenaje al profesor Antonio Fontán*, Alcañiz-Madrid, Instituto de Estudios Humanísticos-Ed. Laberinto-C.S.I.C., 2002, vol. III, 3, 1235-1245.
- TALAVERA ESTESO, F. J., "Algunos escritores neolatinos del entorno malagueño de los siglos XVI y XVII", en J. M. Maestre y J. Pascual (coord.), *Humanismo y pervivencia del mundo clásico (Alcañiz, 1990)*, Cádiz, 1993, I, pp. 1059-1071.
- TALAVERA ESTESO, F. J., *Juan de Valencia y sus 'Scholia in Andreae Alciati Emblemata'*, Málaga, Universidad de Málaga, 2001.
- TEIJEIRO FUENTES, M. A., *El teatro en Extremadura durante el siglo XVI*, Badajoz, Diputación, 1997.

II. Texto crítico

*Comoedia prodigi filii*

<Actus. i. scaen. 1>

< Erasthius, pater.>

...est, si is alter, qui bonus est<sup>1</sup>, quicquam unquam probitatis amittat suae? Dii meliora ferant, mitius cum nostris canis agatur. Heu gravem sortem, et cuius me sola terreat commemoratio. Heu vitam acerbam, si quidem vita dicenda est, quae sit mille peior mortibus. Sed bene tamen sperare utique iam libet: fiet forte, ut natu minor respiscat neque tamen desipiat (decipiat) grandior. Quod si quando probus improbitate deterior efficiatur, cur tunc non improbi probitatem sperem? At ò miserandam canitiem, et educandae pro his negotium: proclivius probus delabetur in vitia quam improbus ad sanitatem redigatur. Filii huius indoles sic meum animum diverse trahit ut desim moderandae familiae, rem non curem, et meus non sit mihi. Sed eccum ipsum puerum, eccam nostram perniciem, perturbationem meae senectutis, et totius vitae taedium.

*Actus. i. scaen. 2*

*Pandochius, fili. Erasthius, pater.*

PANDO. Salve pater.

ERAST. Utinam tu verè salvus sis, hoc est, ut vel ipse sapias, vel te meis oculis cernas.

PAND. Obtundis misellam hanc aetatem assidua consiliorum molestia. Et si in patrem obloqui liceret, quae suspicor, dicerem.

ERAST. Oh unde nova isthaec tibi religio incessit cedo? Facis quae lubet, et nunc mihi paternam reverentiam adsimulas. Quid tandem suspicare?

PAD. Dicam, quando ita vis. Dum frugi me esse postulas, foves ingenium tuum, et pecuniae nimium parcis: nam quis, obsecro, cultus hic est: Quis me sic ornatum

---

<sup>1</sup> Según A. Paz y Melia; LdT (López de Toro): *este*.

consuetudine dignetur sua? Ubi torquis? Ubi annuli? Ubi quicquam in meis vestibibus auro laboratum, ut a vulgo discrepem adolescentium, et divitis filium me esse probem?<sup>2</sup>

ERASTH. Is demum nitidus est, qui virtutes adiunxit animo.

PAND. Sic solet his (is) philosophando crumenam tueri.

ERASTH. Quid susurras perditae? Quid os avertis? Cur patrem non audis?

PAND. Ego vero audio, sed alia quam vellem.

ERASTH. Quid tandem? Ne caput obliqua: ne submurmura: recta fronte me specta, sta rectus. Nunc age. Dic expressè, et sublata voce: non, ut soles, quasi verba corrodens.

PAND. Dicam expressè, perspicuè, dillucidè: Et voce non sublata modo, sed intenta si lubet. Orna me pater cultu meque digno. Estne hoc mussare an clare loqui?

ERASTH: Immo est ostendere quam sis immodestus in parentem. Ò te coecum adolescentulum: Ò dementem: ò correptum furiis: Disce pudorem, ama civilitatem: sic tu patrem deplorate<sup>3</sup>?

PAND. Mirabar, si nunc etiam pecunia careret suo patrocínio.

ERASTH. Quid ais?

PAND. Audio inquam iurgia<sup>4</sup>, sed de ornatu mihi comparando verbum nullum.

ERASTH. Quid ergo respondeam iniusta petenti? Vides tu fratrem te natu maiorem nitidius vestitum?

PAND. Bellum vero hominem exemplo mihi esse postulas: qui plumbum, aut truncus esse potius videatur quam homo.

ERASTH. Utinam tu illum moribus referres. Immo utinam vitae probitate vel umbram eius assequere. Is prudenter prospicit homines iam adultos eis moribus vivere, quos in pueritia adolescentiaque collegerint. Atque ita, quandiu per rationem licuit, huc semper adnixus est, ut essent in se quam inculpatissimi.

PAND. Ego contra sic colligo pater. Olim ego vir impediatur negotiis, distrahar curis: mox senex affligar morbis, tussiam, excrem, ingemam tremulus, tristis, incursum<sup>5</sup>, vicinus ipsis manibus et iam fere cadaver. Ergo dum per florem hunc

<sup>2</sup> LdT: *probem* (?) Entendemos “(?)”, añadido por López de Toro como sugerencia de punto de interrogación, que exige el sentido, y no aparecía en la fuente.

<sup>3</sup> Sic LdT. Adv.: ‘lamentablemente’. Cfr. *supra*: «... *quam sis immodestus in parentem*...». *Infra*: «*Utinam tu illum moribus referres*».

<sup>4</sup> LdT: *iurgia*, sed de ornatu mihi comparandum.

<sup>5</sup> LdT: *incursos*.

aetatis licet, fruamur amoenitate vitae. Sit frater frugalior: Sit tibi quantum voles cordatus, mihi certè stultissimus est.

ERASTH. Aerem verberem, si corrigere hunc coner. Superos testor fecisse me iam officium patris. Ubi sana mens desit frustra prudentiam doceas. Vive ut lubet. Ipsa forte diè, et rerum adversitate sapere cogêris. Hinc abeo, ne te iam audiam.

:

*Actus - i - scen. 3.*

*Pandochius. Lycus, adulator.*

PAND. Quid me pater frustra consiliis nititur immutare? Anne clamoribus et iurgiis me adimet mihi? Ringat sane totos dies: ego interim meos affectus sequar. Obiicit mihi vitam fratris hominis stollidissimi: quòd rura crebro visat, quòd praesit operis, et interdum aratro manus admoveat, quòd ab ipsius numquam discedat, quòd venerem oderit<sup>6</sup>. Quanto suavius est cum amiculis nugari, in otio urbano semper agere, spectare puellas, et largiri sodalibus quae ex paternis aedibus passim suffurari? At at hoc verbo rediit in mentem, quod nollem penitus excidisse. Lyco, viro forti, et faceto promisi, memini amphoram allaturum. Sed cellario praeest frater, qui vel patre ipso avarus est, magis rogare frustra sit: ergo ad meas artes confugiam. Situm in hac clavi remedium est. Superbiat frater, nimiumque sibi placeat veris clavibus, ego certè adulterinis omnia mihi pervia esse curabo. Hem Lycum video. Quam vellem praestitisse, quod spondi.

*Actus - i - scena 4.*

*Lycus. Pand.*

LYC. Faustus hic, et laetus illuxit dies, qui te mihi in conspectum dedit.

PAND. Ego etiam te viso laetitia me dicerem oppletum, nisi labecula moeroris meam hilaritatem macularet.

LYC. Quid narras Pandochi?

PAND. Doleo non esse datam commoditatem promendi meri.

LYC.. Euge. Quem te iucundiorem habeamus sodalem? Immo quis ex nostratibus adolescentibus aequet tua merita?

---

<sup>6</sup> LdT y prob. cod.: ... *discedat quod venerem oderit.*



PAND. Eo domum: operire me dum redeo. Provisam, num frater rus ierit. Nam patrem abesse opinor. Continuò hînc adero, et si fieri queat cum mea praeda.

LYC. Eas foelix. Et foelicioꝝ regrediaris capacissimo onustus (onustus) anophoro.

*Actus - i - scen. 5.*

*Lycus.*

LYC. Nullum ego unquam magis ex usu meo illectavi puerum. Odi in huiusmodi prudentiam immaturam. Hic nil habet pensi, dum quae vult faciat. Nil moratur stomachum patris: nil iurgia fratris: nil consilia propinquorum. Aptior nostris commodis nemo dari potest. Nam his temporibus rerum venalium summa caritas est: aut totos dies immoriendum est laboribus, aut astu quaerendus est victus. Ego quaestum hunc multò uberrimum inveni: concilio mihi stultos adolescentulos: horum indolem dispicio, eamque adiuto, et plaerumque malam probando, et consulendo reddo peiorem. Illi me pro hac opera sumptibus parentum alunt, panes domi surripiunt, vina suffurantur: poma, nuces, legumina, salsamenta congerunt. Hic me nunc exhilarabit gravi cantharo. Bibemus largè, et eius animo obsecundantes ad aliquod praeclarum facinus inescabimus oratione nostra. Veneris confabulationibus delectabitur, pugnas audit non illibenter: hâc sequar: forte adducam, ut ad pecuniam patris, vel res utensiles animum adiiciat. Redit sanè, et nisi malè prospicio, haud fefelli bibendi spes. Nam oenophorum gerit puer, qui meum stultulum comitatur: quin et canistrum, ut video: id certè est: nunc vero serio triumpho.

*Act. - i - scen. 6.*

*Pandochius. Sosia, servus. Lycus*<sup>7</sup>

PAND. Tu primus omnium recurre domum, et cave cuiquam haec dixeris.

SOSIA. Oh, lapidem me esse puta.

PAND. Iam me cibum è media flamma petere posse arbitror, qui horum sic potitus, quasi si esset hostium praeda, tantis obsidionibus, insidiis, irruptionibus.

---

<sup>7</sup> En LdT se repite esta acotación al comienzo del texto que ha de recitarse.

LYC. Quem ego te gerendis rebus magis industrium esse dicam? Quodve facinus adire me voles, ubi non me tui studiosissimum experiaris?

PAND. En tibi fortissime Lyce spolia meae fortitudinis. Haec ut arriperem, superatis unis atque alteris scalis in editissimas aedes anhelando evasi, cubiculi fores effregi, et arte, atque astu de trabe alta pendentia detraxi.

LYC. Strenue tu quidem: apud quem non profuit hostibus occupasse summum locum. Ages, ut spero, bonum etiam puellarum ereptorem. Nam eas sectantibus saepe opus est aut fune aut scalis ad fenestras irrepere: quae faciet, qui haec facit.

PAND. Jam haec audi. Tu postea de istis ages, quae mihi sunt dulcissima. Hanc cervinam salitam iusserat pater observari in promptuario munitissimo: quod nullis machinis expugnari posset, praesertim in aedibus inferioribus omnium oculis expositum. Sed musioni habenda gratia est, in quem fortè incidi praedam ore gestantem quam per cavum parietis adsiliendo deduxerat. Accurro, inclamo, terreo, eripio.

LYC. O macte virtute. Si tu me comite, si usus veniat, maritis uxores, amatoribus amicas eripies.

PAND. At in promendo vino prorsus nervos intendi meos. Aderat enim pater in porticu, qua itur ad vinariam cellam, sed obdormiscens cubito scalae presso, et manu fronti admota: opinor ex aegritudine de me dudum concepta.

LYC. Aeternum dormiat.

PAND. O: sed pergo. Colligo lacimias vestis, suspendo gradum, contineo spiritum, mox respicio: et tandem ea Carybdi praeternavigata ad cellam pervenio. Tunc autem confecto negotio hac clavi, qua ego saepè alias seram fefelleram, quà ieram redeo, nec trepidos, aut languens: sed eo maiore cum audacia, ac versutia, quo maius iam erat periculum.

LYC. Audaciam mihi narras? Si clavis adficta esset scriniis paternis, non dubito quin auderes esse beatus: ut illinc exempta pecunia ires obviam avaritis (avaritiis) patris, et multo auro corpus ornares, quod diceres amicorum liberalitate tibi donatum.

PAND. Dixisti<sup>8</sup> probe ut nihil supra. O sanum consilium, et opportunum (opportunum)! Exquiro iam clavem serae accommodam, ne diutius crucier efflagitationibus vestium.

---

<sup>8</sup> LdT: *Dixiste*

LYC. Non dubium est, quin te iam ornatum expectant puellae. Quarum gratia si oberrare noctu oporteat, habebis me tibi aut vitae socium, aut mortis.

PAND. Ergo parandus etiam est gladius.

LYC. Non utique solus: lorica opus est, qua corpus integas, ubi cor palpitat: casside qua caput tuteris, unde vita pendet: manica pugnatura, qua manum defendas, quae te totum defendit.

PAND. Copiosè surripiam, ut ad omnia suppetat pecunia. Rus pater vendidit, in<sup>9</sup> sacculos immissum est precium (pretium): de singulis detractam portiuncula minui suspicio potest. Cum me nitidulum videro, cum faeminis expetitur, tribuam tibi meas foelicitates, ut consultori diligentissimo.

LYC. Mihi tribues? habeo gratiam. Ego certè nullam partem ex ea pecunia mihi postulabam: tantum amico consulebam. Sed accipio libenter quod benignè polliceris.

PAND. Imputabo, inquam, tibi meas fortunas. Sed quando ita intellexisti, non frustrabere tuo praemio. Nunc haec domum conferto: ne nos hinc frater fortè deprehendat, quem domo abesse comperi, nec tamen rus iisse. Is autem de foro reverti hac via solet, quae aliis infrequens cum sit, praestat illi compendium laboris.

LYC. Eo onustus munificentia tua. Tu me utere, ut coepisti, amico fidelissimo. Nec dubita Pandochi, omnibus periculis pro te caput obiectabo.

PAND. De his rebus per otium colloquemus. I nunc bonis avibus.

LYC. Mane faustissimus.

### *Actus - i - scen. 7.*

#### *Pandochius*

PAND. Quàm delector hoc meo facto, qui talem amicum officio obstrinxi meo. O foelicem liberalitatem, quae tam cito tantum invenit commodi. Namque ad voluptates, et ea quae sunt in vita suavia, me videbam natura proclivem, sed nunquam sum ausus hanc de me sperare praesentiam animi, in quam me hic erexit oratione sua. Iam nunc sector dulces amores. Iam de nocte vagor. Euge infesto gladio dexteram armabo atque Lyci ope malè multabo rivales. Liberior haec vita

---

<sup>9</sup> LdT: *un*

mihi dabit et alios amicos, quorum sit consuetudo iucunda. Hos ego largis sumptibus retinebo. Etenim perplacet opportunum huius consilium de clavi factitia. Valeat frater cum suo laborioso instituto. Immoriatur ille faciundae rei, dum ego genialiter vivo, et pecuniam emulgeo. Sed eccum ipsum video de foro redeuntem. Is mihi si conciones occipiet, ut frustra solet, multo nunc magis surdo<sup>10</sup> canet, cum Lycum audierim.

*Actus - i - scen. 8.*

*Philoponus. Pandochius.*

PHILO. Doles, opinor, quod in te inciderim, Pandochi.

PAND. Egon? Nihil mihi unquam cum dolore: omnia sunt laeta.

PHIL. Est quam moleste feras me hâc venisse.

PAND. Si humi stratus hîc iacerem, nollem hac quenquam praeterire, ne procul caver: sed sto, ut vides, faciat iter cui erit lubitum via publica.

PHIL. Potin es mihi verum dicere?

PAND. Quid est?

PHIL. Abiit à te nunc quidam eduliis domesticis egregiè donatus?

PAND. Non ita multum.

PHIL. Ergo abiit.

PAND. Quid tum?

PHIL. O frater, frater. Cur nostris consiliis nullus apud te unquam est locus?

PAND. Enecabit hic nisi astu caverò.

<PHIL.><sup>11</sup> Ommitte<sup>12</sup> murmura, et audi germanum sana consulentem: si quid contra senties, te lubens audiero.

PAND. Ut dignus est respondebo.

PHIL. Hoc age. Non vides canos genitori nostro tuis istis factis accelerari?

PAND. Nulla mihi cerussa est ut capillum cuiusque dealbem.

PHIL. Isthuc aetatis bonis moribus est assuescendum, est quibus iam adultus benè beatèque vivas.

---

<sup>10</sup> LdT: *sordo*.

<sup>11</sup> Ldt om nombre del interlocutor Philoponus, que exige el sentido del texto.

<sup>12</sup> *Ommitte*: sic LdT.

PAND. Amiculis assuesco, quos video, bonos mores numquam vidi.

PHIL. Extimesce famam quae te laedet gravissimè. Nihil illi occultum, cum sit plena oculis. Proripiet se pernici volatu, et apud omnes male audies.

PAND. Malè audiam? Fama laedit auditum? Sine veniat. Effodiam illi oculos et accédam alas priusquam ipsa meas aures contingat.

PHIL. Nevè tuos expoliare, ut omnia conferas in sordidum sodalitium?

PAND. Bona verba quaeso: nec pyraticam<sup>13</sup> exerceo nec obsideo itinera ut quenquam expoliam.

PHIL. Operam ludo dum tibi conor prodesse. Iam tacebo illud unum testatus esse satius me audire, quam haec detorquère ad iocos. Vale, et vive.

***Actus - i - scen. 9.***

*Pand.*

PAND. Sic inhibenda est huius improbitas. Unum efficiunt isti consiliis crebris, ac iurgiis: quo magis cohibent, hoc magis acuunt. Cesso ire, et insidiari pecuniae patris. Faxo ut meo modo vivere iam possim, quod illos mordeat.

*finis - i - act.*

***Praeentio - 2 - actus***

Que se espera deste moço  
yendo tan determinado  
sino que ponga a su padre  
sospechoso y fatigado.  
Al fin pide su hazienda  
y despues que se la han dado  
dexando su casa y tierra  
vase mal acompañado,  
porque mas es que captivo  
el libre mal gobernado.

---

<sup>13</sup> LdT: *neopyraticam*

*Actus - 2 - scena - i.**Erasthius, pater*

ERASTH. Nimirum dabit hic puer mihi magnum malum: ita nunc domum se proripuit, coniecitque recta in aedes interiores quasi contendens aliquod facinus. Sed quidquid erit illud observabit ancilla, cui ego id negotii dedi. Me astu vitabit: hanc minus cavebit. Et cupio depromat nunc quod habet: ut id puellae fidelissimae indicio reciscam: ne nos postea imparatos et interoscitantes opprimat. Ô scelera sodalium. His malis magistris quotidie fit audacior. Dum properabat, sic ille secum, ut audire sum visus: nunc hoc mox haereditatis portio. Quorsum haec: nisi id est<sup>14</sup>, quod suspicor: quoniam eius obsto nequitiis ad aprimonium adiecit animum, quod brevi dillapidet (dilapidet). Haec si vera sunt, annuamnè postulanti et rem meam dividi vivus, vidensque patiar? Minime vero id quidem. Nam ad exitium filii reique magnam fenestram patefecero. At si negem, maiora in dies molietur, nosque brevi adiget ad inopiam. Res me ipsa quid faciendum sit docebit. Sed audio quasi currentis strepitum. Mirum, ni Dorula nostra quicquam affert novi.

*Act. - 2 - scen. 2.**Dora, ancilla. Erasthius*

DOR. Vae mihi miserae. Ubi herum inveniam?

ERASTH. Scilicet, non vana praesagiebat animus. Quid nobis apportas Dorula?

DOR. Hem here, interiisti: ruunt tua omnia: nulli iam sumus, qui sumus tui.

ERASTH. Scio in damno familiam esse, ubi talis sit filius. Sed quid tandem absente nobis turbatum est domi?

DOR. Non utcunque iam ille.

ERASTH. Quid fecit?

DOR. Abundè, copiosè, effusè.

ERASTH. Dic tandem.

DOR. Neque te tam divitem esse putabam, neque illum tam audacem.

---

<sup>14</sup> LdT: nisi siidest

ERASTH. Quid malum? Suntne scrinia nostra direpta?

DOR. Audi iam here.

ERASTH. Audio.

DOR. In intimo penetrati...

ERASTH. Age.

DOR. Quod tu a strepitu familiae semotum construxisti.

ERASTH. Perge.

DOR. Ubi tibi lectus uxorius est.

ERASTH. Teneo.

DOR. In quo pecuniae rationes inire soles.

ERASTH. Nihil mihi notius: ne me suspende.

DOR. Quî hoc dicere aggrediar?

ERASTH. Sat habeo, si rem quoquo pacto innueris: percipiam illico.

DOR. Vidisti unquam fortè uncas istos furuncularios?

ERASTH. Illicet. Periiimus. Adulterina clavi reserata theca est.

DOR. Tenes probè: extracti iam sacculi. Nam è singulis raptabat pecuniam filius.

ERASTH. Occidi, ne quoque hinc abeas: ut fuga fortè ellapsum indices.

DOR. Manebo.

*Act. - 2 - scen. 3.*

*Dor. Lyc. Sosia*

DOR. Me miseram: quantus angor nos omnes opprimet, hera mea si hanc turbam audiet: quam hic adolescentulus saepe discruciat suis factis. Sed longe abest in altera aedium parte, dum praeest ancillis suppellectilia concinnantibus, resque utensiles in suum quanquam locum redigentibus. Nam pavimenta scopis repurgans iussa sum ipsa Pandochium observare. Cupio nunc impudenculo fustuarium ut tandem sapiat: qui tum hisce oculis mihi charior est, ut herilis filius, sed ut tandem sapiat. At misera cum ingenium utriusque noverim, ut est in hoc temeritas praeceps et in patre patientissima clementia, vereor ne gliscat hoc malum. Nam in ipsa flagitio nescio quid secum loquebatur de petenda portione rei paternae. Hunc corruperunt scelerata commercia. Illi est intimus, quem appellant Lycum. Is millies hunc nostrum quaeritat. Egregius vero inventus est Pandochii instructor: permagnus nebulo et propinarum adventor addictissimus. Huic ego

nunc si mihi detur, facile in capillum inuolem, aut verbo certe stomachum egeram. Et eccum aedepol ipsum. Mirabor hominem ab hisce nostris regionibus abesse tandiu. Excipiam illum ut dignus est.

LYC. Salve germanula. Vestrum Pandochium ad me hunc evocato foras.

DOR. Egon tibi quenquam evocem nocturnum spectrum: columnae umbra cadente sole?

LYC. Ha ha he. Tota tu festina, tota faceta.

DOR. Tu totus insanis quem non piget puerilis sodaliti, cum sis longior pertica maniplari.

LYC. Mordebo hanc ut taceat. Si pertica gracilior foret, colum posses conficere, ut nendo et laborando facetiis abstineres.

DOR. Quid si crassior? Remum, ut Liburnica detentus non perderes adolescentes liberos.

SOSIA. Heus, Dora?

DORA. Quid est?<sup>15</sup>

SO. Huc ades. Novum quiddam in nostra familia.

DOR. Huc tu, si quid voles: ipsa hinc me loco movêre non possum. Non vanam egi ego ariolam. Quid tandem obtigit bone sosia?

SOS. Malum gravissimum. Deprehensus est a patre Pandochius argentum subducens furtim.

LYC. Hem.

DOR. Scio misera.

SOS. Ubi se vidit adolescens ea spe deiectum, nullo pudore patris deterritus postulat se manu emitti, suumque sibi patrimonium dari.

LYC. Optimè.

SOS. Quod clamabat natura debitum. Seque nolle, cum servus non esset, cuiquam servire. Pater hortari nesciens se iret perditum. Ille contendere et instare donec perpulit.

LYC. Ô factum bene.

SOS. Dromo ad forum est missus accersitum testes, et qui conficiat tabulas. Per posticum iussit herus illum egredi, et hos intromitti: ne palam haec fiant. Donec

---

<sup>15</sup> LdT *Dora quid est?*



ipse uxori et filio aetate maiori faciat communia. Quos non vult subito conturbari, neque dubitat consulturos aequi bonique, quod ipse fecerit.

DO. Mira mihi et deflenda narras. Quid sibi vult deploratus adolescentulus?

SOS. Procul se statim abiturum dicit: putêre sibi natale solum. Neque pati se diutius posse molestas suorum adnotationes<sup>16</sup>.

DOR. Eamus intro. Nam mea hîc opera nihil iam est opus.

SOS. Iam erunt, opinor, omnia peracta. Sequere me.

LYC. Fac te quod oravi animula, corculumque meum.

DOR. Dispereas furcifer.

#### *Act. - 2 - scen. 4.*

##### *Lycus*

LYC. Furcifer meretricula. Aurifer vel argentifer iam sim faxo, aut Lycus esse desinam. Parum constem meis moribus, si sibi soli rem petierit Pandochius. Sumite mihi acumen, molares dentes. Dilatamini fauces. Tu ventricule capacior esto. In eum incidimus, nobis, qui ex usu siet. Mihi nunc in dubio est animus, solus ne exugam hunc stultulum, an potius ad spes tantas adciscam ex amicis aliquem. Uberior quaestus proveniret soli, sed certior in societate proventus. Dorcum vocabo ad has foelicitates. Infidus quidem est mendaciorque gurges, et qui me etiam queat decipere, sed promptus et audax at licet primae puer adolescentiae, brevi tamen videtur evasurus in peritissimum furem. Statim me ad illum rapio, sed hunc nostrum adloquar prius: ut me illi iam diviti magis etiam adiungam. Prodit, ut puto. Papi servoli<sup>17</sup> praecedunt onerati, sequitur adolescens.

#### *Actus - 2 - scen. 5.*

##### *Dora. Sosia. Pandochius. Lycus.*

DOR. Ne ista, Sosia, nisi emori me vis sub onere.

SOS. Perge tardula.

DOR. Pergat onus. Nequeo portare iumentariam vehem.

PAND. Oh quam rem agitis? Depone tu etiam argentum, et respirate.

LYC. Te complectar amicus fidelissimus.

<sup>16</sup> LdT: *suorum adnotationes*

<sup>17</sup> Cf. II, 5: Pand. *Hi sunt patris servoli.*

PAND. Ô Lyce, et te ego nunc amantior tui, qui meus iam sum, ac proin amicorum omnium.

DOR. Hei mihi stare non possum. Male pereat pecunia, quae cervices ita depressit. Etiam vehendo perniciosa est. Et tu quid agis stolidè?

SOS. Argentum pro sella erit.

PAND. Nunc ego fortunatissimis sum fortunatior. Una haec dies divitias mihi, et libertatem peperit.

LYC. Gratulamur tibi foelicem eventum.

DOR. Ut te Dii perdant scelus.

PAND. Noras mea bona Lyce.

LYCUS. Hic servulus narrabat dudum. Omnibus his sarcinis argentum est?

DOR. Isthæc cura te sollicitat (sollicitat) trifur.

PAND. Scilicet. Hoc ego permuto parentes, fratrem et patriam. Est animus in remotum orbem migrare: ubi mihi liceat, ut volo, vivere. Unum illum deest ad laetitiam, amicis carendum quod erit.

LYC. Me tibi una mors adimet: sequar quo ibis, vel in extremos Garamantas. Nec minus me industrium senties in moderanda re, quam fortem in te tuendo.

DOR. Otioso simus animo noster iam habet bonorum tutorem.

PAND. Est gratum quod polliceris fortissime Lyce. Nam tali comite nihil est praeterea quod cupiam.

LYC. Cedo dextram Pandochi.

PAND. En tibi signum datae fidei. Te libens accipio mearum fortunarum consortem.

DOR. Proh pudor. En quo redit benignitas patris.

SOS. Praestat tacere quandiu hic adest.

DOR. Non possum me continere, Sosia, cum videam foedum ganeonem successisse in pecuniam heri.

LYC. Quid ergo agimus? asservetur argentum diligenter, et haec mancipia<sup>18</sup> eò deducantur ubi nobis servire occipiant.

DOR. Tu barbaris servias infortunium. An etiam putas in nostri partem venisse te? Mancipia sumus, sed senis Erasthii. Ac nisi hunc revererer, quem tu verbo fallis, oculos tibi unguibus effoderem.

---

<sup>18</sup> LdT: *macipia*, probablemente por respeto al original en el que se abreviaba u olvidó *n* o la tilde que la sustituía. *Cfr. infra*.

PAND. Hi sunt patris servoli. Ad illum redibunt. Ego hinc rectâ proficiscar. Tu nunc pro fide in me tua quaere, hoc qui vehat in urbem proximam: ut mutatis subinde victoribus hinc tandem possim abire procul: nec refert quorsum abeam, modo abeam procul. Ea porta egrediemur, quae est ad arcem. Ibi iussi Dromonem operiri me cum equo, quem dedit pater. Nam huius rei gratia teque ut viderem, hâc prodii.

LYC. Dicto citius mandata efficerem. Sed simul nos omnes eo praestat ire. Nosti enim his nundinis ibidem esse nostratibus frequens emporium, quo a rhedariis undique res variae convehuntur. Rheda igitur conducetur, quae nostra haec portet, et alia, quae necesse est emissum aeconomia peritissimus Pandochi. Non te pigebit adhibuisse Lycum familiae curatorem.

DOR. Ha ha he. Argentum fortunatissimum, talis sit expensor inventus.

PAND. Et quae tandem comparabuntur?

LYC. Quae tandem rogas? Cultus tui corporis pro merito tuo nitidissimus.

PAND. Dixti probè.

LYC. Arma firma, quae te omnibus faciant formidolosum.

PAND. Admones salubriter.

LYC. Tali, folia lusoria, tesserae, quibus te simul oblectes, et apud ignotos magnificum esse probes.

PAND. Excogitasti suaviter.

LYC. Quis tibi videor?

PAND. Prudentissimus.

LYC. At tu factum his putas iustum onus rhaedae.

PAND. Non opinor.

LYC. Nec erras. Sed tuus, qui haec curat, Lycus novit quâ fiat.

PAND. Quâ sic?

LYC. Non est te dignum me, in quo uno summa iam vertitur<sup>19</sup> tuarum fortunarum, pedibus, conficere longum iter.

PAND. Avertant superi, ut isthuc patiar.

LYC. Ergo pondus accrevit. Postremò consultum iudicamus admitti comitem alterum, quo tibi maior accedat autoritas.

PAND. Censes sapienter.

---

<sup>19</sup> LdT: *vertitur*.

LYC. Dorcum accersam, quo nemo est nobis accommodatior, sive audacia, quoties virtute opus est, sive festivitate convictus: cum praesertim adolescentia tibi sit aequalis.

PAND. Laudo consilium.

LYC. Obiter illum conveniam: sequetur extemplò. Nam mei similis est, nobis patria, nobis domicilium est. Eatur.

PAND. Ut lubet.

LYC. Agite dum servi succedite oneri. Huc tu Dorula continuò.

DOR. Repentina mutatio: ex ganeone dominus, et quidem imperiosus. Abi malùm, quò dignus es. Impone mihi pondus, Sosia.

SOS. Iam abi. Meum ego appensum feram.

PAND. Valetate penates patris. Potior mihi libertas est.

*finis - 2 - actus.*

***Praeentio tertii actus.***

Queda el padre congoxoso  
 en ver su hijo alexado  
 y aunque procura consuelo  
 vuelve a llorar lo pasado.  
 Un rustico le da nuevas  
 deste hijo mal mirado  
 q'el dinero que le dieron  
 todo lo ha desbaratado  
 Deseaba el pobre moço  
 que en porquero avía parado  
 hartarse de las garrovas  
 q' se echaban al ganado.

*Actus - 3 - scen. i.**Erasth. Pater. Philoponus. Fili. fru*<sup>20</sup>.

ERASTH. Nunc fili, verum esse intelligo vulgo quod dici solet: Aerumnis longiorem abire diem. Nam que hoc biennium, quo frater tuus abest saeculo tardius mihi videtur excessisse.

PHIL. Haud ista dubitet pater, qui in te post id tempus adverterit praeproperae senectutis incommoda. Caput albicat, genae rugis sulcantur, et vox ipsa sensim elanguescens robur pectoris concussum esse arguit. Ne te prae anxietate maceres: nisi meam adolescentiam pariter cum tua senectute vis conficere.

ERASTH. Vive diutissime mi Philopone pars nostri altera, quem ego semper habui charissimum, meritoque tuo semper feci maximi. At ego quid agam? Premit me graviter Pandochii cura. Nam vereor ne nunc<sup>21</sup> iam liber explicet, exponatque vitiis animum nostris monitis utcunque hactenus repressum.

PHILO. Tua me sapientia ad res alias sic instruxit, ut hîc etiam, si per te mihi liceat, agere me videar posse.

ERASTH. Effare, quae voles: Noster enim animus his malis aestuans in te uno conquiescit.

PHIL. Audi iam. Mihi itidem ac tibi hoc Pandochii factum multis modis attulit aegritudinem: quòd absit frater, quòd abeuntem non viderim, quòd, ut ais, liberius iam agenti gravior lapsus impendat: sed quòd ad illum attinet, si is adolescentia exultans affectibus nescierit temperare, sibi imputet, qui te institutorem non audivit, me consultorem saepe neglexit. Nobis autem haec ratio queat mederi. Si probus erit, in tutò erit, quid enim virtute tutius? Sin improbus, quanquam amantes una mors facit securos, certa causam curarum è conspectu amisimus.

ERASTH. Proh dolor: immo hoc ipso acerbior est sollicitudo. Nam filii praesentia certa solum, conspicuaque errata molesta mihi erant: eo nunc absente nullius non sceleris suspicio cruciat.

PHIL. Quin pater ut quae oculis perspiciuntur excusatione celari non possunt, ita suspicio in utranque partem levis et facili momento se offert, et leni interpretatione compescitur.

<sup>20</sup> Así como «*Pater*» es epíteto de Erasthius, «*Fili. fru.*», dado que los interlocutores son sólo dos, lo será de Philoponus, «*filius frugi*»: 'hijo frugal, prudente, discreto, moderado, honrado'. Y, efectivamente, en el texto Pandochius proclama su fama de «*cordatus*» (I, 2).

<sup>21</sup> LdT: *nuc*, probabl. por original *nunc* con *n* abreviada u omitida.

ERASTH. Praeclarè tu quidem, nisi me cogeret amor timoris solliciti (solliciti) plenus omnia in peiorem partem interpretari. Heu Pandochi. Quid rerum aget nunc meus Pandochius? Iam tunc servōli cum pecunia prosecuti sunt abeuntem: ex iis acrior est ancillula. Hanc de filio (ut soleo) percontabor.

PHILO. Vin eam accersam pater?

ERASTH. Placet isthuc fili.

PHIL. Tibi iam adsit faxo: ac bona cum tua venia rus ibo: illic enim à villico scio me iam dudum expectari.

ERASTH. Eas faustus, ac redeas.

### *Actus - 3 - scen. 2*

*Erasthius. Dora.*

ERASTH. Levavit mihi nonnihil oratio Philoponi, atque id essem coràm testatus, nisi voluissem in amore fratris eum retinere. Itaque grave est procreasse sobolem, verum interdum ad id malum peti potest remedium ex sobole. Sic onustis pabulo iumentis ea ipsa pondera, quae vehunt, sunt usui. Sed heu recurrit in animum timor anxius de meo Pandochio. Neque me gravius erratis infestabat praesens quam absens orbitate sollicitat. Eccam ancillulam.

— Eho dum ad me Dorula. Propius accede. Satis iam servitum est urbanitati. Dic modo, quae rogo. Quoniam tu filium comitata abeuntem es, propterea scire abs te<sup>22</sup> saepe volui, quid tunc ille: tristisne ingressus est iter, an adhuc alacris: et quorsum diceret se viam intendere. Haec tu mea puellula pro tua fide retulisti: at illud superest, quod cupiam nosse. Cui credidit asportandam quam illi dedi rei nostrae portionem?

DOR. Ne roga here.

ERASTH.. Cur non rogem? Delituit ne quicquam adhuc quo magis adobruar malis? Nil mihi respondes?

DOR. Pudet dicere.

ERASTH. Cuius te pudet? Ne supprime diutius, nec genu iam flecte, sed recta dicito.

DOR. Sit honos habitus tuis auribus: Lycus, et Dorcus Pandochio fuerunt itineris comites: hos in consortium fortunarum accepit.

---

<sup>22</sup> LdT: *abste*

ERASTH. Lycus et Dorcus? nova omnia. Sed cur enunciato tibi gravia? Nonne sunt homines?

DOR. Sunt quidem sed belluis foediores: veteratores ambo: ambo<sup>23</sup> impii, sacrilegi, perfidi.

ERASTH. Actum est, filius mihi cum re disperiit. Sed rem amisisse parum est, filius me dolore conficit. Heu puerum ope tuorum destitutum. Heu adolescentulum omnium tendiculis expositum. Tu nunc istis comedendum te propinasti, qui nostram tutelam aversabaris. Tu nunc patieris duritiam alienorum, qui patris lenitatem fugiebas. O utinam te sustinuissem olim discolum, ne nunc inciperem deflere calamitosum. Sic ruent praecipites in mala omnia, quibus paternae institutiones fuerint taedio. Ibo intro, meumque penetrare, quod iam pridem facio, lachrymis inspergam. Tu postea, domum revértere: sine me nunc abire solum, orbem, et miserum decet solitudo.

DOR. Manebo.

### *Actus - 3 -scen. 3.*

*Dora, ancilla. Centro, rusticus.*

DOR. Eheu. Quae tanta haec nos calamitas oppressit? quae nubila moeroris coeperunt obducere fulgentes alioqui fortunas heri. Qui cum nuper nondum<sup>24</sup> deposuisset florem aetatis, postquam hic Pandochius primas metas attigit ephoebiae, ita sensim emarcuit, ut prorsus iam alium esse dicas. Est autem pientissimis eius praecordiis ea vis amoris in filium, ut hoc magis inardescat pietate quadam plusquam paterna, quo puer longius abest ab eius obsequio. Sed quem video huc versus tenère iter? Firmandis gressibus parum compositè, quisquis est, vir agrestis videtur esse: at hoc cultu nostrates rustici non utuntur.

CENT. Heus puella.

DOR. Quid tibi vis mi homo?

CENT. Vin, quae rogabo dicere?

DOR. Hui ridiculum capi. Nisi me luctus herilis compesceret, quàm ego nunc fusè riderem! Si rogabis quantum mihi videaris sapere, statim dixero, reliqua despiciam, cum roges.

---

<sup>23</sup> LdT: *ambi*

<sup>24</sup> LdT: *non dum*.

CENT. Scin'<sup>25</sup> an hisce in regionibus habitaverit olim is, quicum mihi communis cura fuit asservandí gregis?

DOR. Ha ha he. Abi hinc in malam rem, qui me tristissimam compellis ad risum. Ecquid ego novi te, aut unde sis scio, quod ne tibi pecus unquam fuerit, vel quem sis nactus consortem laboris?

CENT. Oh, sine ergo me pervenire quo volo<sup>26</sup>. Lydus ego sum natione, officio subulcus. Patriam ob id deserui, quod illam invaserit fames teterrima. Praeram pecoris custodiis, cuius habebam ministros meis imperiis subditos: inter quos et Pandochium quendam hinc civem.

DOR. Hem Pandochium?

CEN. Etíam atque, ut mihi saepe is descripsit vicum, ubi natum se dicebat esse, puto me non aberrasse (aberrasse): nam illum quaero, quem post me, ut opinor, fames item huc compulit. Multis enim casibus iactatus aiebat se rediturum ad profugium patris. Ergo cum híc egerim dies iam aliquot, proviso num venerit.

DOR. Quid audio misera? Num perimus? Haec omnia herili filio conveniunt. Quae si resciscat senex, tanto magis cruciabitur, cum sciat esse perditum. Ibo, et referam haec monstra. Mi hospes inquiram tibi tuum Pandochium. Tu operire me, dum redeo.

CENT. Mane, et planè iam loquẽre. Quid ais clam me submurmurans? Si vera sunt, quae suspicor, haud temerè Pandochius edebat gemitus memoria superioris foelicitatis, quam saepe lachrymans referebat.

DOR. Au. Hoc iam dubium esse non potest. Quid ille obsecro? est enim, opinor, is ipse quem pater vir summi precii (pretii) luget amissum.

CENT. Multa: neque unquam mihi levis visa est eius oratio. Nam in ipsis sordibus nescio quam ingenuitatem prae se ferebat longe abhorrentem a custodia porcorum.

DOR. Qui vocaris?

CENT. Centro mihi nomen est.

DOR. Mi Centro narra mihi de tuo isto, si qua haerent memoriae.

CENT. Plaeraque omnia: neque potuerunt non haerere, quando illa saepe cum gemitu ac lachrymis inculcavit. Flebat imprimis ex patria se in exilium venisse. Ex copia

---

<sup>25</sup> LdT: *Scin. an*

<sup>26</sup> LdT: *pervenire qu' volo. Cfr. Ter, Eun. I, 2, 44: sine me pervenire quo volo.*



rerum omnium in abiectissimam aegestatem<sup>27</sup>. Ex dignitate filii familias in conditionem subulci. Postremo ex libertate in iugum domini crudelissimi. Qui nos propter ingentem famem regionis, et execrabilem suam avaritiam etiam siliquis vesci prohibebat<sup>28</sup>, quae porcis proiiciebantur. Ego alias aerumnas expertus iam videbar occalluisse (ocalluisse): at illum adolescentem siccis oculis audire non poteram cum diceret multos esse patris sui mercenarios, quorum ipse fortunis invideret. Ac tunc praesertim animam prae singultibus videbatur eiecturus cum sua unius culpa fateretur in eam se calamitatem esse coniectum, qui dissipasset opulentum patrimonium conviviis, scortis, et alea: ascitis ad eas voluptates spurcissimis rapacissimisque sodalibus.

DOR. Plura mihi narrasti ac certa magis quam vellem, optime Centro. Ne perge nisi me vis totam animo iam linq̄ui. Eamus, amabo ad eius parentem: quem tu beneficum liberalemque cognosces.

CENT. Faciam isthuc profecto perquam lubens: nam eius filio benè cupio.

DOR. Non dubito, quin simul atque ex oratione tua intellexerit adventum filii se huc rapiat propere, ut eum, si fortè venerit, obviis, quod aiunt, ulnis excipiat<sup>29</sup>.

CENT. Eamus.

DOR. Me sequere.

< *finis* - 2 - *actus*. ><sup>30</sup>

### ***Praecentio quarti actus.***

Buelbe el hijo arrepentido  
 conóscese por culpado,  
 échase a los pies del padre,  
 gime y llora su pecado.  
 El padre braços abiertos  
 recibe al recién llegado  
 muevensele las entrañas

<sup>27</sup> LdT y prob. cod. por *egestatem*

<sup>28</sup> LdT: *prohibebat*

<sup>29</sup> *obviis ulnis*: adagio recogido por Erasmo.

<sup>30</sup> Om Ldt.

en ver a su hijo emendado.  
 Manda que le vistan luego  
 que viene muy mal tractado  
 y se haga un gran convite  
 con el bezerro engordado.  
 Miren todos este viejo  
 por sus hijos lastimado,  
 mucho más nos quiere Dios  
 que por él es figurado.

*Actus - 4 - scena una.*

*Pand. Erasth. Dor. Sosia.*

PAND. Totus tremo horreoque postquam aspexi culmina paternae domus, et hanc viam hisce pedibus probè notam. Heu cur illa quondam sustinuit gressus scelerati Pandochii, ac saepe meriti, ut ipsa dehiscente sorberetur. Licet oculi stillent praecordia resoluta in lachrymas prae dolore, haud tamen defleam admissa scelera, ut me aequum est flere. Haec loca nequeo sine summo rubore conspicari, ubi memini servulos traditam mihi a patre substantiam tantisper reposuisse dum a labore vehendi respirarent. Atque hanc ego substantiam, luxu et improborum hominum convictu foedissime prodegi. O pater pater, qua fronte adeam te? quem ego reliqui ultro amantem ac propiciam. Nihil est in quod transferam invidiam mei facti nullum praesidium, nulla defensio. Una haec spes est, pater es, et pater pientissimus: residebit in tuo pectore innata tibi charitas illa, qua me semper complectebaris. In hac nuditate, in hac rerum desperatione cui me potius committam, quam tibi? Tu solus me potes iacentem et deploratum restituere. Atque hoc foelicitatis genus me putabo abunde consequutum, si me habeas eo loco, quo unumquemlibet è mercenariis tuis soles habere. Ibo, et plenus bona spe clementiam optimi patris implorabo.

ERASTH. Agnosco te, fili charissime: agnosco te animae dimidium meae. Nullus cultus, qui in te siet fallere potest meos oculos. Non exhorreo pannos istos. Tu meus Pandochius: tu delitiae senis Erasthii.

PAND. Peccavi pater et coram angelis Dei et coram te. Nihil habeo quo me tibi purgem praeter hanc simplicem mei flagitii confessionem, et animum verè sibi displicentem. Iam me dignum non iudico qui dicar filius tuus. Satis me foelicem putabo, si posthac vel pro mercenario habito haerêre possim in aliqua parte familiae<sup>31</sup> tuae.

ERASTH. Comprime luctus, atque te erige, anime mi. Tu mihi semper filius. Tibi dignitatem antiquam restituo. Vos servi, depromite huic stolam pristinam, et illum, ut me decet, ornate. Afferte anulum gemmatum ex dactylothea: hunc indite in manum eius. Sordidos istos perones mutet nitidis calceamentis. Adducite statim è pascuis vitulum illum insignem, et saginatum, atque occidite: apparate nobis geniale convivium. Musicis armoniis, festique tripudiis resonet mea domus et gaudeamus. Nam hic filius meus mortuus fuerat, et revixit: perierat, et inventus est. Eamus intro. Tu mecum hunc fili: vos servi sequimini.

PAND. O foelicem hunc diem.

*finis - 4 actus*

***Praecentio - 5 - actus***

Viene el hermano del campo  
hállalo todo trocado  
quando la causa le dizen  
no quiere entrar de enojado.  
El padre que por entramos  
de puro amor es lisiado  
conséjale que se goze  
que el perdido es ya cobrado.  
Fuente de misericordia  
tu mi dios con gran cuydado

---

<sup>31</sup> LdT: *familiae*

consuelas al affligido  
y amansas al ayrado.

*Actus - 5 - scen. i.*

*Philoponus. Dromo, servus.*

PHILOP. Quae tanta haec rerum nostrarum metamorphosis? Quis tam inopinatò coniecit in laetitiam domum patris in moerore et squallore his temporibus agentis. Namque dum rus eo, ille ob fugam mei fratris sese angebat animi: nunc autem omnia perstrepunt concentu, rhythmis, ac denique communi gaudio<sup>32</sup>. Aut meum hoc somnium est, aut, si vigilo, nescio quid me surripuerit mihi, huius rei coniecturam, qui nequeam facere. Et video servulos circa vestibulum discurrentes, hos ligna, illos aquam veluti ad culinaria ministeria deportantes. En stantem Dromonem: miror cur ille in hoc tumultu consistat. Certe aliquid reputat quietus, quod mox festinus exequatur. Hunc ergo priusquam abeam conveniam.

— Dromo? heus Dromo?

DRO. Equis me vult?<sup>33</sup>

PHILOP. Ad me huc properè citus advola.

DRO. Hem Philopone.

PHILOP. Satin sani estis vos servi, qui gaudia fervescatis lugente domino?

DRO. Lugente scilicet. Lamenta iam omnia in laetitiam abiêre. Venit Pandochius.

PHIL. Hem tam hilariter scipitur Pandochius?

DRO. Gestit pater, exultat famulitium, triumphat tota domus. Tu unus hactenus abfuisti à communi hac nostra laetitia.

PHILOP. His ego aedibus podem medius fidius non inferam. Valeat paternae substantiae devorator. Qui, ubi rem disperdidit, non est veritus in conspectum suorum reverti.

DRO. Iam miser lachrymis dilluit errata: nam id est quod patrem tam hilarem reddidit: coenandum est lautè. Adductus est vitulus ille saginatus et insignis, qui erat in pascuis.

PHIL. Insignis ille vitulus. Hinc me introrsum non movero Dromo, qui tam indignis tracter modis.

---

<sup>32</sup> LdT: *gudio*

<sup>33</sup> LdT : *vult:*

DRO. Prefectò movëris. Nam regredior ad munia domestica, et patri renuncio tuum adventum, ut te vel nolentem adigat intro.

PHIL. Operam profertò perdes.

*Actus - 5 scen. 2.*

*Philop. Erasth. Sosia. Dora.*

PHILOP. Hoccine est humanum factum, aut incoeptum? Hoccine est officium patris. Debita laude fraudatur virtus, cum in immeritos praemia conferantur. Huccine verum evasit meus labor, qui posthabear cessatori fratri? Me inglorium opere rustico assidue contabuisse, et egregium belluonem tam honorificè tamque insigniter excipi?

ERASTH. Audio fili tuas querelas: sed ne te substrahas tanto gaudio: immo amisso stomacho patère hanc laetitiam tibi itidem, ut reliquae nostrae familiae, communem esse.

PHILOP. Est pater satis urgens doloris causa: Cum enim irrupto quodam indefessoque obsequio tibi inservierim, nec haedum quidem dedisti mihi, unde cum amicis potuerim epulari. Caeterum simulatque domum rediit filius iste tuus obligurita profusaque opima substantia quam illi liberalissime largitus es, occidi in eius gratiam iussisti vitulum insignem et obesum: plausibusque et choreis ebulliunt cuncta.

ERASTH. Prae pietate ac clementia commota sunt mihi viscera in fratrem tuum redeuntem fateor, sed ob id tamen nihil tuis usibus decedit. Nam tu semper mecum es, et quae habeo tibi habeo. Quod autem hic alter ad sanam mentem redierit, hoc magis gaudendum est, quò longius ab honesto rectisque institutis discesserat. Reputa igitur abunde tibi esse quod laeteris: cum videas illum redivivum iam e mortuo, inventum ex perditio: ac mecum iam ad epulas ingredi. Huc vos etiam servi.

DOR.<sup>34</sup> Rideat meritò, qui me videat ancillam servituti obnoxiam in culto tam splendido. At ego meo facto mihi placeo. Dicam quid fecerim. Dum omnia laeto tumultu confunduntur, ne gaudii communis expers essem, in cubiculum herae me

---

<sup>34</sup> LdT: *Dor*,

coniicio, meque hisce vestibus orno. Haec dies et patitur me servilem speciem  
exuere, et postulat heram ad omnia connivêre.

Sed amoto ioco nos imus ad coenam spectatores optimi. Vobis pro coena  
exhibita<sup>35</sup> comoedia est, non qualem meremini, sed qualem agere ingeniola nostra  
potuerunt.

Dum coenamus, valetè, et plaudite.

*finis*

Deo gratias

\* Trabajo integrado en los proyectos de la DGICYT BFF2003-07362 y HUM2006-01963/FILO.

Valencia, 17-05-2007

---

<sup>35</sup> LdT: *axhibita*